



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 66. Catholici & Jesuitæ ab Hollandis vexati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

ratas fustigationes in exilium pulsi sunt, Sæc. XVII.  
præterea P. Franciscus Capillas Do- A.C. 1666.  
minicanus capite damnatus est, quem  
Sinensis Judex liberare noluit, eoquod  
circa Sinenses ritus ejusdem opinionis  
cum Patribus Peckinensibus esse renui-  
set. Vilipensis hoc modo abactisque  
tam celebribus Dominicæ Vineæ Ope-  
rariis Imperii Tutores Christianos dire  
ac impune vexare præsumperunt, om-  
nesque Catholicos ad rogum damna-  
runt, jamque in eo erant, ut omnes  
Ecclesiæ everti juberent: demum in  
ipsos Jesuitas adinventis variis accusa-  
tionibus desævire cæperunt: Mittun-  
tur igitur hoc anno Apparitores, qui  
decem Jesuitas in vincula injiciunt,  
eosque ad tribunalia raptant: præfigi-  
tur etiam dies decima sexta Aprilis,  
qua unaomnes morte plesterentur, qui  
tamen mutata sententia in exilium pro-  
trusi sunt; ex his etiam P. Adamus  
Schall primo in vincula conjectus, post-  
modum exorto terræ motu, Regiique  
Palatii incendio ex carcere liber di-  
missus est.

§. LXVI.

*Catholici & Jesuitæ ab Hollandis  
vexati.*

Haud contenti erant Batavi, quod  
Monasteriensem Episcopum invi- Tuld. Hist.  
Decen. l. 3.  
N 3 tum,

Sæc. XVII. tum, & Mediatorum potentia aucto-  
A. C. 1666. tateque expugnatum Broculana are-  
& ditione Eyderana spoliassent, insuper  
in omnibus suis urbibus Catholicis  
Calviniana rabie ob levissimas ac temer-  
conceptas suspiciones infectabantur  
nec eorum furorem refrænabant Ho-  
spitalitatis leges, aut peregrinorum Pri-  
cipum reverentia; cum enim junior  
Mutinensis Dux ample cum comitatu  
Bataviam lustraturus, Embriacum ve-  
niret, ac in Jesuitarum Collegio de-  
versaretur, non modo ejus cistas re-  
nebant, illasque arma latere suspicat-  
perscrutabantur, sed etiam milites  
in Collegium immisis omnia cubicula  
ipsosque lectos sedulo excusserunt, a  
paulopost ex Fœderatorum Ordinon  
mandato Jesuitas ex Collegio ac urbe  
intra viginti quatuor horarum spatiis  
excedere jussérunt. Incassum hi Ele-  
ctoris Brandenburgici patrocinium ob-  
tendebant, ejusque iusta esse expectan-  
da caußabantur: Igitur biduo post ei  
Collegio ad Templum, ac inde bini per  
plateas a Batavis satellitibus ad Rhe-  
nanam portam deducebantur, reliquo  
unico fratre Collegii Custode, & in  
firmo quodam Sacerdote, qui ex mo-  
rore biduo post deceſſit. Finito autem  
bello Batavo tandem Jesuitæ Embri-  
cam reversi sunt, eorum redditum sericeo  
promo-

promovente Electore Brandenburgico & Sæc. XVII.  
 Barone de Goes Cæsareo Oratore. Auxit A. C. 1666.  
 tamen Catholicorum lætitiam Elisabetha  
 Dorothea Holsatiæ Schlesviciæ Ducissa,  
 quæ hoc anno die quinta Augusti Vien-  
 næ ad Romanæ Ecclesiæ gremium re-  
 versa est.

### §. LXVII.

#### *Historia Sabathai Sevi falsi Messiae.*

Currens hujus saeculi annus millesimus sexcentesimus <sup>Joan. de</sup> sexagesimus <sup>Lent de</sup> sextus vel ideo memoratu dignissimus <sup>Pseudo-</sup> est, quod Protestantes putidæ fabulæ, <sup>Mess. c. 5.</sup> ridiculi mendacii, & vanæ ac fanaticæ <sup>pag. 77.</sup> superstitionis convicti, prudentum lu- <sup>La Croix</sup> dibrio, & despectui hoc anno sese ex- <sup>mem. part. 2.</sup> posuerint, & Judæorum pertinacia de futuro Messiae adventu detecta illusione confutata fuerit; cum enim in Apocalypsi cap. 13. v. 18. hæc verba legerentur: *numeri ejus sexenti sexaginta sex,* fanaticorum non pauci annum Christi millesimum sexcentesimum sexagesimum sextum miris revolutionibus, prodigijs, arcanisque eventibus celebrem fore præsigebant, & quidem Protestantes, cum in præfata Apocalypsi de adventu Antichristi sermonem fieri cernerent, & hunc Antichristum non alium, quam summum Pontificem esse

